

No. 1175. [1473].

P. Sixtus IV. ermahnt den B. Dietrich den Misbrauch zu beseitigen, wornach dessen Offiziale von den Franciscanern, welchen sie Erlaubnissscheine zum Beicht hören und Almosensammeln ertheilen, eine jährl. Abgabe von 1 oder 2 Goldgülden fordern.

Venerabilis frater. Salutem et apostolicam benedictionem. Ex querela dilecti filii ministri provinciae Saxoniae ordinis minorum non sine admiratione et animi molestia nuper accepimus, quod tui officiales a fratribus dicti ordinis pro confessionibus audiendis tamquam idoneis per suos superiores praesentatis certas pecunias unum vel duos florenos annis singulis habere conantur, denegantes eis aliter licentiae atque consensus tui litteras dare, sine quibus fratres praedicti per ecclesiarum rectores ad confessiones audiendum elemosinasque petendum non admittuntur magnamque proinde iacturam et contumeliam sustinent. Credimus hoc si ita sit praeter voluntatem tuam fieri, probitate enim et timore dei es praeditus et ut relatione fratrum dicti ordinis accepimus, beati Francisci ac suorum devotus et fautor esse consuevisti nec ignoras prae tua prudentia a caritate christiana id esse penitus alienum sacrisque canonibus repugnare. Cupientes tamen nos pro praecipua caritate, quam ad ordinem beati Francisci alumni nostri gerimus, fratres ipsos ubique bene tractari, ad tuam fraternitatem huius rei gratia scribendum duximus. Hortamur itaque et apostolica auctoritate monemus, ut has abusiones penitus tollas nec patiaris fratres ipsos ad eiusmodi indebitas exactiones compelli neque ulla contumelia aut iniuria affici, quin immo ab omnibus tuis sincera facias eos in domino caritate tractare. Quod si feceris ut confidimus consequeris a deo praemium et nos in tuis oportunitatibus gratiosiores invenies, nec opus erit alia adhibere remedia, quae pro iustitiae debito adhibere oportebit si secus fieret, quod non credimus. Datum ut s.

Nach einer gleichzeitigen Abschrift im Cod. ms. der Stadtbibliothek zu Leipzig Rep. II. no. 10^a fol. 287.

No. 1176. 1474. 1. Jan.

Anno domini 2c. LXX quarto habin mein g. hern vorgunst, das Wigant von Tubenheym V schock ierlicher zeinße im dorff Garßback in der pflege zcu Missen (*Garsebach, Par. St. Afra*) gelegen dem capittel zcu Missen fur hundert schock der besten muntz uff ein rechten widderkouff hat mogen vorkouffen in drien iaren wider zculoßen. Actum Dreßden sabato circuncisionis domini.

Copiale 59 fol. 549^b im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.

No. 1177. 1474. 14. Jan.

Anno domini 2c. LXX quarto am fritag Felicis in Pincis habin mein g. hern vorgunst, das Bernhart vnd Caspar von Schonberg gebruder dem capittel zcu Missen XXVIII Rinisch gulden uff iren iarrenten irer stat Saida fur Vc vnd LX Rinisch gulden uff einen rechten widderkouff habin mogen vorkouffen, in dreyen iaren widderzcolosen. Actum Dreßden 2c.

Copiale 59 fol. 548^b im K. Haupt-Staatsarchiv zu Dresden.